



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

De eo, quòd Ionas nimium dilexit populum Israel. Capvt IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

Paulus per Euangelium dicit se genuisse Corinthios. 1. Corinth. 4. Ipse tamen summus Pater est, qui id maxime per seruos suos efficit, nos uoluntarie, gratis, & absq; nostris meritis generās sermonibus ueritatis, ut simus inuicem ali quod creature eius. 1. aco. 1. Frustra enim prophetamus, nisi Deus ipsam prophetiam faciat efficacem. Summa: Christus est uerus filius Amathi, id est, ueritatis, & per eum, uerueri fideles, Amathi filij sunt.

De eo, quod Ionas nimium dilexit
populum Israël.

C A P V T III.

Tanto ardore Israël is gētem amauit Ionas, ut excederet in odio, gentium ceterarum. Hoc ille minus diligens proximos fecit, et aberrauit, sicut probauimus: tametsi non dubito, eum, nescio quid latentis fiduciae habuisse in Dominum, propter quod non tam fuit coram eo abominabilis. Fide enim salui fiunt electi, etiam inter quaecumque errata & peccata. Nimirū, per id tantum beati sunt, quibus illis peccata minime imputentur ex ipsa fide, quemadmodum Psal. 31. habetur: Beati, quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum. Ionas ergo nimium dilexit Israël, & Gentes nimium odiuit. Proinde noluit treading ad Ninuias, timens, ne si resipiscerent, hoc esset in graui

R 4 us iudicium

FRANC. LAMB. IN IONAM

us iudicium **I**sraëlis. Durus admodum est hic actus, non congruens charitati. Aspera est figura, uerum id quod figurabatur, suauissimum est. Solum autem id, recipit allegoriam, quod **I**sraëlem dilexit, Gentes uero odiuit.

Quis populus **I**sraël, nisi electi, qui ad domum **I**sraël spectant, & sunt ueri **I**sraëlitæ, uerumq; semen **A**brahæ? **R**oman-nono. Gentes uero increduli sunt. Siquidem ille fidelium, isti uero incredulorum typum gerunt. Increduli sunt, qui non adquiescunt doctrine pietatis, unde & impij uocantur. At Deo, & **D**omino **I**ESU **C**hristo sunt odio, tam impius, quam impietas eius. Fideles uero & electi hi sunt, quos **S**eruator ipse **O**ptimus, **M**aximus, tam dilexit, ut illos à peccatis eorum lauerit, in sanguine suo, **A**pocalyp. 1. **E**radens pro illis semetipsum hostiam **D**OMINO, in odorem suauitatis.

De eo quod **I**onas noluit pro pseudopropheta haberi, neq; Deum mendacem iudicari.

C A P V T V.

Diximus abunde, quid sit de eo sentiendum, quod **I**onas timuit haberi pro pseudopropheta, & Deum mendacem iudicari: proinde summam colligimus, cuius data est allegoria, nempe, quod ille ueritatem adamauit, & cupiuit gloriam **D**eī, tamen in ipsius ueritatis dilectione

ne